qui me inluminauit. Baptizauit autem et omnem
domum palmatii. et uxorem et filios. promiscui sexus
numero quadraginta duo. Ab eadem die coepit
palmatius omnem facultatem suam pauperibus ero
gare xpianis. et perquirens regiones uel cryptas. sic
ubi inueniret aut in custodia aut absconsos xpianos.
de facultatibus suis uictum uel tegimentum eis mi
nistrabat. Post dies uero xxx^ta duos. requiritur pal
matius ab alexandro. cui ita nuntiatum est. quia
xpianus factus est. et aliis suadet. Tunc alexan
der iussit sibi eum praesentari. qui cum tentus
fuisset a quodam torquato tribuno. et missus in
custodiã mamurtini. post triduo intimauit ale
xandro torquatus palmatium in custodia mancipa
tum. Tunc alexander gaudens iussit sibi eum prae
sentari. et uinctus catenis. ingreditur ante ale
xandrum. quem cum uidisset alexander. iussit
eum solui. et dixit ei. sic amens factus es palmati
ut deseras deos. et quaeras hominem mortuum.
palmatius tacuit. Dixit ei alexander. loquere
fiducialiter. non timeas. Respondit palmatius
dicens. si datur licentiam. loquimur ueritatem.
Dicit ei alexander. excepta iniuria deorũ loquere.
Dicit ei palmatius. Optime princeps. si aduertas.
non sunt dii. sed sunt factura hominum mortalium.
modo quidem cognoscat mansuetudo uestra. qui
debẽnt coli. qui fiunt aut qui fabricantur a mortali
bus. quales sint uos iudicate. Sed precaris ego infe
lix claritatem tuam. ut dicas deo tuo et loquatur.
... cum interrogauero respondeat mihi. et
dum hoc factum fuerit. non desero deos quos tu dicis.
Dicit ei alexander. et quomodo a cunabulis tuis
ipsos adorasti. et modo derelinquis eos. Respon
dit palmatius. feci quasi infelix. modo autem cog
noui quod uerum est. De qua re precor dnm ihm xpm.
ut ignoscat mihi. quia ignorans peccaui. Eadem ho
ra subridens alexander. tradidit eum cuidam sim
plicio senatori dicens ei. habe eum penes te. sine ali
quo timore. sed mollibus sermonibus reuoca eum ad

culturam deorum. Talem enim hominem res publica
nostra necessarium habet. Accepto palmatio simpli
cius senator. uestimentis adlatis nobilibus induit eũ.
et duxit in domum suam. Qui simplicius hoc praecepit
uxori suae uel maioribus domus suae. ut omnem domũ
simplicii in potestatem haberet. Tunc palmatius
ieiuniis et orationibus uigiliarum studens. non ces
sabat lacrimis dnm patrem omnipotentem et dnm ihm
xpm filium eius deprecari. ut poenitentiam ageret
de errore suo. Ueniens autem ad eum quidam felix
nomine. cuius uxor clinica iacebat annis quattuor.
et misit se ad pedes palmatii dicens ei. Confessor dni
nostri ihũ xpi. exora pro ancilla tua blanda uxore mea.
ut liberetur de lecto doloris. et ego percipiam baptis
mum cum ea. quia diu est quod morbo paralytico te
netur. et etiam facultas nostra deficit. Tunc palma
tius praesente uxore simplicii. et omni familia. ceci
dit in terram. et lacrimis orare coepit cum felice di
cens. Dne ds qui inluminasti seruum tuum. et donas
ti mihi lumen aeternum dnm ihm xpm. salua ancillã
tuam blandam. et adleua eam de lecto doloris. ut
cognoscant omnes quia tu es creator omnium rerũ.
Eadem autem hora uenit blanda pedibus suis. cur
rens ad domum simplicii senatoris. clamans et di
cens. Baptiza me in nomine dni nostri ihũ xpi. qui
tenuit manum meam et leuauit me. Tunc felix coepit
urguere beatum palmatium ut baptizaretur. Eadẽ
uero hora beatus palmatius misit ad scm calixtũ epm.
et ueniens baptizauit felicem cum uxore sua blanda.
Hoc uidens simplicius senator. cecidit ad pedes calix
ti epi cum omni domo sua. ut baptizaretur. Tunc
beatus calixtus eps fiducialiter dixit. Congreget
dns triticum in horreum suum. et baptizauit omnẽ
domum simplicii. et uxorem et filios. et familiam eius.
animas sexe promiscui sexus. numero lx^ta octo.
Tunc beatus calipodius prbt gaudio repletus. coe
pit clamare in domo simplicii. Gloria tibi dne ihu xpe.
qui dignatus es de tenebris ad lucem perducere fac
turam tuam. et de errore liberare. fac cum seruis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0264